BREVIARIUM BRIXINENSE

Neustift (?), um 1500 Seite 30r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



vias tuas: et impij ad te quertent. Libe-
ra me de sanguinibus deus deus salutis mee:
et exultabit lingua mea iusticiam tuam.
Domine labia mea aperies: et os meum
annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses
sacrificium dedissem utique: holocaustis non
delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribu-
latus: cor contritum et humiliatum deus non de-
spicies. Benigne fac domine in bona volun-
tate tua syon: ut edificentur muri iherusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iusticie obla-
cionis et holocausta: tunc imponent super
altare tuum vitulos. Gloria. Ant. Secundum mag-
nam misericordiam tuam domine miserere mei. Ps.
Verba mea. ut supra in dominica in primo noct.
Ant. Intellige clamorem meum domine. Ps. Deus deus
meus. ut supra in dominica in laudibus. Ant. Deus
deus meus ad te de luce vigilo. Ps. canticum ysaie.
Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi:
conuersus est furor tuus et consolatus
es me. Ecce deus saluator meus: fiducialiter
agam et non timebo. Quia fortitudo mea
et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus